

partim absentes fuerint, pro rato, id est eo et in tantum, quantum hic presentes habitat[iones]¹⁾ habitarent, solverent.

Eodem anno tertia feria post Trinitatis, que fuit quinta Iunii, assumptus est in Junii 5.
facultatis arcium concilium mgr. Laurentius Apel ex Konigshoven in baccalaureandorum
presentatione servatis et datis his, que statuta et consuetudines iubent.

Consensu facultatis tocuis cuilibet magistrorum de concilio facultatis artium datum
est unum exemplar phisicorum, numero decem et septem.

Deposita sunt apud Petrum Clement bibliopolam exemplaria textus librorum metha-
phisices viginti ac librorum phisice auscultationis viginti et dedit bibliopola idem unum florinum
ad computum super venditis.

C 110'. Donerin dedit census hoc anno vigesimo, scilicet ad festum Georgii debitum. Vendidit Apr. 23.
autem domum, ac voluit sortem sexaginta flor. pari conditione assumere emptor, qua ipsa
quottannis tres flor. pendebat, quod ego solus consentire nolui, verum ad facultatem remisi.
Comparuit autem coram successore meo, nec scio, quoniam tunc absens fui, quod cum pecunia
actum sit. Quod deinceps non facultas periclitetur, curandum est atque cum emptore domus
conveniendum atque litere eiusmodi census variande iuxta conventionem.

Blate barbitonsor debet adhuc quattuor flor. a decanatu magistri Konitz debitum ac
duos gr. Quoniam tamen mihi census tres et dimidium flor. daret, duos gr. omnino invalidos
eidem remisi. *

1520 Wintersemester. 223. Decan Laurentius Apel von Königshofen.

C 111. Decanatus²⁾ magistri Laurentii Apel de Konigshoven, medicine baccalaurei, Oct. 13.
N 32'. anno domini millesimo quingentesimo vicesimo. Anno domini millesimo quingen-
N 33. tesimo vigesimo Sabbato ante festum Galli, que erat decima tertia dies Octobris,
magister Laurentius Apell de Konigshoven, medicine baccalaureus, de natione
Bavarica electus est in decanum facultatis artium unanimi et legitimo magistrorum
eligentium consensu, sub cuius decanatu subscripti fuerunt officiales electi:

N 33'. Clavigeri mgr. { Iohannes Matz Thuronensis nacione Polonus
Franciscus Richtter Haningensis nacione Misnensis.

Executores et visi- { Gregorius Bredekoph ex Konitz Polonus
tatores mgr. { Arnoldus Wustenfels Lindaviensis Saxo
Sebastianus Sibart Muchelensis Misnensis
Laurencius Apel de Konigshoven decanus et Bavarus.

C 111'. * Anno eodem lectores deputati:

domino magistro	{	Wolffgango Cubitensi	decreta est	lectio	{	methaphisices
		Martino Ticz Gaucensi				phisicorum
		Magno Hundt Magdeburgensi				de anima
		Hieronimo Ruperto Budissio				veteris artis
		Francisco Richter Heinchen				polliciticorum
{	Iohann[i] Eckelßheim	{	topicorum			

¹⁾ Handschrift habitatos. ²⁾ Ueberschrift in N in großer Schrift. Für die Initiale Platz gelassen.